UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Calepinus Ad librum

Calepino, Ambrogio

Venetijs, 1509

C ante R

urn:nbn:de:hbz:466:1-97861

Visual Library

lus etiam Colurna opera dicta ſunt ex corylo arbore facta.

Corymbi: vuę hederarum quibus coronabatur bacchus. Tibullus. Sed varij flores ⁊ frons redimita corymbis.

Corynephoros: latine dicitur clauam ferens.

Cos cotis feminini generis lapis quo cultri acuūtur. Proprie tamen cos ſiue cotes cauteſue dicitur ſaxuꝫ aſperuꝫ atqꝫ abruptum. Uirgilius. Quam ſit dura ſilex: aut ſtet marpeſia cautes. Sed quod nos cotē vel cautem dicimus: gręci ακονηµ dicunt in vtroqꝫ ſignificato. Hinc Cotes ſiue aconas oleariꝰ ⁊ aquaticas dicimus: quod illas ad ferrum: oleo: has aq̈ madefacimꝰ. Eſt ⁊ Cos nomen ciuitatis ſeu inſulę: de qua ſupra in dictione Coos Huius diminutiuum eſt coticula de quo infra. Et compoſitum decotes.

Coſſi vermes in ligno editi qui apud phryges ⁊ in ponto ꝓ delicatiſſimis cibis ſumuntur. Hieronymus contra Joui. In ponto ⁊ phrygia luxuria eſt comediſſe xylophagion ita eniꝫ appellat coſſos vermes obeſos ex lignorum carie naſcentes qui apud illos a patrefamilias in magnis redditibus computantur. ſic Plyni. libro decimoſeptimo. Luxuria coſſos dorum delicatiores adhibere in cipo. A ſimilitudine horum coſſoruꝫ homines rugoſi corporis ab antiquis coſſi dicti ſūt. Unde ⁊ Coſſutiorū familia apud Romanos dicta eſt. Ex q̈ Coſſutia vxor Cęſaris cuius meminit ſuetonius in vita cęſaris. Sic Coſſuuij ⁊ coſſuuiani.

Coſmus nomen proprium ⁊ latine dicitur ornatus ⁊ mundus i. orbis a κόσμεω orno ⁊ decoro. Ponitur interduꝫ pro ipſo vnguento: quo quis ornatur. Maria. Qui coſmi redolent alabaſtra ſociqꝫ deorū. Fuit enim Coſmus nobilis vnguentarius: a quo vnguenta coſmiana dicta ſunt. Petronius. Affer nobis inquit alabaſtrum coſmiani. Coſmicus adiectiuū idem ꝙ mūdanus: ⁊ Microcoſmus paruus mūdus quo nomine vtitur Ariſtoteles pro homine.

Coſmographia cum accentu in penultima mundi deſcriptio. Coſmographus penultima cor. deſcriptor mundi.

Coſmeta pen. ꝓ. ornator: ſiue ancilla ſeruiens dominę ad ornatū. Juue. Ponūt coſmetę tunicas. Et coſmeta imperator d̄r

Coſtus feminini generis: ⁊ coſtum radix magni odoris: ſeu arbuſcula aromatica. Hier. con. Joui. Quomodo aūt virginitati anime non preiudicat imitatio virginum diaboli: ita et veris ieiunijs coſtum iſidis ⁊ cybelę ⁊ quorundam ciboruꝫ in ęternum abſtinentia.

Coſta: Uirgili. Et pede ſubigit terram fricat arbore coſtas.

Coſyros pe. cor. nomen inſulę ſiculę. Unde Coſyrij dicuntur. Coſyra v̄o vnde coſyrei aphricana inſula eſt. Sunt tñ qui vnam inſulam eſſe velint.

Cotię: alpes dictę ſunt a Cotio rege q̇ perdomitis gallis eas extruxit molibus magnis cōpēdiarias ⁊ viantibꝰ oportunas.

Coticula. diminutiuū ē a cote licet non ſeruet ſignificatum primitiui. Nō enim eſt parua cos: ſed lapis quo ſit auri vel argenti experimentuꝫ. Modicus q̇dem eſt ⁊ raro quaternas vncias longitudinis. binaſqꝫ latitudinis excedens.

Cotile pe. cor. gręce κοτυλη omne concauum: poculi ⁊ menſurę genus: ſextarius: iunctura coxem cum natibus: ⁊ pondus nouem vnciarum.

Cotylum ſcribit Strabo vocari locum in Jda monte. Unde Scamandri ⁊ Granici ⁊ Aeſopi fluminuꝫ origo xv. mil. paſ. a ſcepſi: ⁊ inde nomē cotylo quaſi ꝯceptaculū ⁊ acceptabulū ſignificet. Cotyla eſt vas ſiue poculū ad potanduꝫ: quo Diogenes cynicus vſus eſt anteq̄ꝫ vidiſſet puerum manu concaua bibentem.

Cotidie q̄ꝫuis a quoto ⁊ die componat̃. per c ⁊ non per q ſcribendum eſſe quidam exiſtimat: qꝛ tanta eſt affinitas īter c ⁊ q vt q in c mutari facile patiatur. vt ſequor ſecutus loquor locutꝰ. Quis cuius. Unde Quintil. li. j. Inſti. Frigidiora his alia. vt quicquid c quartam haberet ne interrogare bis videremur. ⁊ quotidie non cotidie vt ſit quot diebus. Ueruꝫ hęc iā ēt inter ipſas īeptias euanuerunt. Uictorinus quoqꝫ libro de orthographia per c. capitalem litteram ſcribere precepit ſic iquiēs. Quāuis enī cocus a coquendo. ⁊ quotidie a quoto ⁊ die deriuata ſint per c ⁊ non ꝑ q ſcribenda ſunt.

Cotones. pe. cor. a coton portus in mari arte ⁊ manu facti. C[...] etiam Cotonia ſecundum Ser. dicūtur Coton etiam nom[...] vrbis eſt in ſyria a qua hęc cotana vel coctona pluralis [...] numeri dicta ſunt pro quodam ficus paruę genere. M[...] Paruaqꝫ cum canis venerunt cotana prunis. Ply. lib. [...] Syria in ficorum genere habet carycas ⁊ minores eius g[...] neris quę cotana vocant.

Coturnix: auis aduena terreſtris magis q̄ꝫ ſublimis noſtri[...] leam dicunt gręce Ortyx. Unde ortygo metra. Dicta co[...] nix auctore Ueſto a ſono vocis.

Coctonum: nonnulli: bambatium vulgares indocti bomb[...] litterati xylon: ſiue goſſipion appellant gn̄s illud lini can[...] diſſimum ex ęgypto.

Cothurni: tragica calciamenta: quibus calciantur tragedi[...] in theatro dicturi ſūt alta voce. Sui. κοθορνος υποδ[...] μα αμφοτεροδεξιον. Eſt autē calciamenti genus b[...] le in modum crepidarum: ſed tale eſt vt dextro ⁊ leuo p[...] conueniat. Aliquando capitur pro calciamento ſublei[...] ſubere quo mulieres grandiores appareāt. Juue. Si b[...] parui ſortita ē lateris ſpatiū breuiorqꝫ videt̃ Uirgine p[...] mea nullis adiuta cothurnis. Aliquādo pro alto dicendi [...] nere. Uirgilius. Sola ſophocleo tua carmina digna coth[...] no. A Coturnus ſit Cothurnus. a. um. Mar. Grāde coth[...] nati pone maronis opus.

Couinum rheda. Unde Couinarius eques a Tacito nun[...] patur qui ex equo couino depugnabat. Sunt qui equos c[...] uinarios cataphrattos intelligunt. Jdem in vita Agric[...] Media cāpi couinariꝰ eques ſtrepitu ac diſcurſu ꝯpleb[...]

Coxa ⁊ Coxendix pro eodem accipiuntur. Uarro li. primo [...] re ruſtica. Lata fronte naribus ſimis: lato pectore craſſis c[...] xendicibus. Sunt qui coxēdicem ſeu coxam intelligāt co[...] rum vertebrum quo femora vertuntur qđ gręce ισχιο[...] Unde Jſchiadici dicuntur coxendicibus laborātes Pl[...] us li. xxv. Coxendicibus ⁊ articulis omnibus cū axūgia [...] liſſima. Cato icantamentū docet ad ſanandas coxēdices l[...] xas: hoc eſt loco ſuo motas. Sue. de Aug. Coxēdicę ⁊ femore ⁊ crure ſiniſtro nō perinde valebat vt ſępe etiam incl[...] dicaret. Ply. in epl̄is. Hūc dum ſeq̄tur colligitqꝫ ꝑ lęne ⁊ l[...] bricū pauimētū fallente veſtigio cecidit coxamqꝫ fregit q[...] paruꝫ apte colocata reluctante ętate male coit. Cęlſus li. [...] Coxis proxima ſunt genua de oſſe dixit.

C ante R

Cranos ſiue Cranū apud gręcos ſigt̃ capitis caluariam.

Crantor. Solenſis academicus ph̄us fuit xenocratis Platonis diſcipuli cū diſcipulus Polemonis q̇ nouis opiniōib[...] academiā platonicaꝫ repleuerūt. Hic ſcripſit librū de conſolatione quē Cicero ęmulatus eſt. Periȷ̄t aquę īercutis mo[...] bo. Taxauit ſtoicorū indolentiā quę eſſe nullo modo pot[...] niſi plane hominē ſaxeum eſſe velimus ⁊ oī ſenſu carētem.

Cras: non ſolum ſecundū conſuetudinē accipitur pro die proxime futuro. ſicut heri pro die proxime elapſo. ſed ēt pro futuro tempore vt ī ſacris litteris. Loquit̃ phitoniſa ad Saulem. Cras eris mecum. Et libro Geñ. Dixit Jacob Exaudiet me cras iuſtitia mea.

Craſtinus. craſtina: craſtinum: pe. cor. a Cras ſit ſicut ab heri heſternus. vt dies craſtina. Et non ſolum ꝓ die ſequēti hodiernū: ſed pro quolibꝫ alio. Uir. Si v̄o ſolē ad rapidū luna[...] qꝫ ſequens ordine reſpicies. Nūq̄ꝫ te craſtina fallet hora.

Craſtino aduerbiū. idem qđ cras. Gel. Si dominus meſſium ad amicos reiecit craſtino ſeges non metetur.

Craſtino craſtinas ſigt̃ diem de die traho ⁊ differo. Hinc pro craſtino ⁊ recraſtino eiuſdem ſignificationis. Hieronymus ad Paulinum. Scilicet niſi tu ſemper recraſtinans ⁊ diem de die trahēs caute ⁊ pedetētim tuas poſſeſſiunculas vēdideris non habet chriſtus vñ alat pauperes ſuos

Craneum gymnaſium erat apud Corinthum. Cic.

Craſis latine dici poteſt temperamentum complexio mixtio.

Craſſus

Craſſus pinguis groſſus ac põderoſus. Hinc craſſities ⁊ craſſitudo ꝓ pinguedine. Craſſare pinguẽ facere: vt incraſſatus. ĩpinguatus recalcitrauit. Graſſoꝛ vͦo per .g. aliud ſigt.

Craſſamentũ. groſſities. Gelius. Surculi duo erant teretes oblonguli pari craſſamento eiuſdem longitudinis deraſi atqꝫ oꝛnati ſilẽ. Sic Col. Craſſamentum vini fęculenti dixit. Itẽ lib. vltimo. Craſſamen inquit. Semꝑ in requieta aqua craſſamen aliquod in imo reperitur.

Craſſeſcere: eſt pinguem fieri. Colu. lib. ix. de turturibus. Nec quia tritico vl' alijs frumentis minus craſſeſcant: verum ꝙ ſemine eius maxime delectantur. Interdum eſt groſſum ſiue denſum fieri. Ply. lib. j. qui neqꝫ in nebulam denſetur neque craſſeſcat. ideſt groſſus fiat. Auguſt. Incoꝛpoꝛeus carne veſtitur ſermo craſſeſcit.

Cratos. latine dicitur potentia imperium.

Cratera pe. p. ⁊ gñis maſ. Siue crater crateris. cuppa grandis ac patẽs. ἀπὸ τοῦ κρατεῖν qͦ eſt tenere: capere. Uel potius qͦ eſt miſceo: quidã aiunt tres vꝛnas ꝯtinere: vꝛnã vͦo quartariũ dici certũ eſt: ꝙ q̃ttuoꝛ ſextarios ꝯtineat. Hoꝛ. in Ser. Siue grauis veteri craterę limus adhęſit. Sta. li. x. th. Et bacchus in altos crateras paterasqꝫ reddit. Uirg. Crateresqꝫ duos ſtatuã tibi pinguis oliui. Ab huius vaſis ſĩlitudine Crater in mõte ętna appellatus eſt foꝛamẽ illud per qͦ ignis euomitur. Ouid. Et ꝑnos currus medio cratere recepit. Et crater in fontibus dꝛ receptaculũ qͦ ⁊ labꝛum dꝛ ex quo fiſtulis aqua decurrit ſicut ⁊ caſtellũ. Et crater ſignum cęleſte quod oꝛitur. lxvj. Cal. Martij veſpere.

Cratippus. fuit teſte Plutarcho philoſophus Peripateticus de quo Ci. lib. iij. officio.

Cratylus cum. y. nomen phyloſophi cum Plato librum de ſignificatione nominum inſcripſit.

Cratinus fuit poeta comicus clarus apud athenienſes. de quo Hoꝛa. Eupolis atqꝫ cratinus ariſtephaneſqꝫ poetę.

Crates is. notam habet ſignificationẽ. Uñ craticius. a. um. qͦ eſt factũ ex cratibus. Crates etiam nomen eſt phĩ Thebani qui vt philę vacare poſſet proiectio in mari non paruo auri pondere. Abite inq̃t peſſum malę cupiditates ego vos mergam ne ipſe mergar a vobis. Neqꝫ putauit ſe poſſe ⁊ virtutes ⁊ diuitias ſimul poſſidere.

Crathis cũ th. aſpirato. nomen eſt duoꝛum fluuioꝛum quoꝛuꝫ vnus eſt apud achiuos. Alter apud Calabꝛos. Ouid. lib. xv. metha. Crathis ⁊ hinc ſybaris noſtris conterminus oꝛis electro ſimiles faciunt auroqꝫ capillos. Et lib. faſt. iij. eſt pꝛope piſcoſos lapidoſi crathidis amnes paruus ager.

Craterius pe. coꝛ. nomẽ viri pꝛopꝛiũ. de quo Perſius in tertia ſatyra. Et quid opus cratero magnos pꝛomittere montes.

Cratio. is. cratibus operio. Ply. li. xviij. Utiliſſimũ ſimul ⁊ herbearare: deinde Cratire: ſerere: floꝛem ex fęnilibus atqꝫ ex ꝓſepibus fęno dilapſum ſpargere priuſqꝫ cratiantur.

Crapula. pe. coꝛ. grece κραιπάλη ſiue q̃ſi lucta capitis. Doloꝛes eni: ⁊ vertigines in eo vinũ facit reſmatuꝫ maxime. Nã ⁊ medicamẽta quibus vini leuitas excitatur crapule dicunt̃. Siue ἀπὸ τοῦ πηξοῦν q̃ voce vt photion ait poetę vinuꝫ ſignificant quia πάλλειν eſt vibꝛare faciat.

Creber frequens. Hier. Quã creber in oꝛatiõe eẽt. Hinc aduerbium Crebꝛo. Crebꝛitas. ⁊ Crebꝛitudo pꝛo ſequentia.

Crebꝛeſco. is. crebui celebꝛis fio ⁊ diuulgoꝛ. a quo ꝑcrebꝛeſco.

Credo credis. credidi. creditũ. ex cre. ⁊ Do. ſm Priſ. quaſi a cretum ⁊ do. Et ſigt dictis vel factis fidẽ habeo. Ci. li. iiij. ad heren. nimiũ quirites creditis vnicuiqꝫ cũ eſtis ſimplicibus et manſuetis aĩs. Nõnunq̃ꝫ credere eſt ꝯfidere. Uirg. Nimiũ ne crede coloꝛi. Salu. Uirtuti ſatis credebant. Aliqñ Fidei cõmittere ſeu ſeruandum tradere. Plau. in aul. Ubi is obijt moꝛtẽ qui mihi id aurũ credidit. Ci. lib. iiij. ad heren. Nã cũ canes funguntur officijs lupoꝝ cui nã pꝛęſidio pecuaria credemus. Et non ſolũ tradere: ſꝫ etiã reuelare ac manifeſtare ſignificat. Lac. lib. iiij. Iudęi quoqꝫ quibus ſolis arcanuꝫ dei creditũ fuerat. Interdũ mandare. Col. lib. ij. Ut iam percenſeamus quot operis in areã perducant̃ ea q̃ terrę credimus. Quñqꝫ. Mutuare. Mar. Dimidiũ donare lino q̃ꝫ credere totum: qui mauult: mauult perdere dimidiũ. Hinc creditoꝛ et creditũ. Et ſi conſtruat̃ cũ accuſatiuo mediante in ſignificat Immittere: inijcere. Uirg. lib. ij. geoꝛ. Inqꝫ nouos ſoles audent ſe gramina tuto credere. Inter credere deo. Credere deũ. ⁊ Credere in deum eccl'iaſtici hoc ĩtereſſe putant ꝙ credere deum: eſt credere deũ eſſe. Credere deo. eſt fidem habere deo: ſiue vͦbis eius. Credere in deũ eſt fide bona ſe cõiicere in deum. Pꝛimũ bonũ. Scõm melius. Tertiuꝫ optimum. Huius verbi compoſita ſunt. Accredo. Concredo. quod eſt oĩno credo: ſiue cõmitto. Col. in pꝛęfa. Iamqꝫ qui ędificare velint fabꝛos ⁊ architectos aduocent: qui nauigia mari concredere: gubernandi peritos. Ueteres Creduas pꝛo credas dicebant. Plau. Ipſius nec amat nec tu creduas.

Creditoꝛ dicitur cui debetur ex quacunqꝫ actione vel perſecutione vel iure. Caius de verb. ſig. Creditoꝛum appellatione non hi tantum accipiuntur: qui pecuniam crediderunt: ſed omnes quibus ex qualibet cauſa debetur ſi cui exempto vel ex locato vel ex alio vllo contractu debetur.

Creditum appellatur id quod nobis debetur.

Credulus qui omnia facile credit: a quo Credulitas credendi facilitas. Incredulus. qui non facile credit.

Credibile. quod ita veriſimile eſt: vt facile credi poſſit. Huius contrarium eſt incredibile.

Cremaſteres. nerui a q̃bus teſtes dependẽt. Col. lib. vij. Priuſq̃ꝫ ferrũ admoueas duabus anguſtis ligneis regulis voluti foꝛcipibus appꝛęhẽdere ⁊ ipſos neruos quos gręci κρεμαστῆρας ab eo appellant ꝙ ex illis genitales partes dependent compꝛęnſos pꝛęcipit.

Cremera pe. coꝛ. fluuius apud quem Fabij a Uehientibus occiſi fuere. Iuue. Quid cremere legio.

Cremo: cremas. cuius paſſiuum eſt Cremoꝛ. Hiero. in leui. cũqꝫ cremati eſſent adipes ſuper altare. Huius compoſituꝫ eſt Concremo. Liuius. Incluſi cum coniugibus ac liberis domos ſuper ſeipſos concremauerunt.

Cremoꝛ apud Catonem: accipitur pꝛo lacte expꝛęſſo ex grano aqua macerato.

Creare ꝓpꝛie eſt de nihilo aliq̃d facere: qͦ ẽt ad hoĩes pertinet non ſolũ ad deũ. Aug. lib. iij. ci. dei. Alba illa quã filius ęneę creauit. Aſcanius romę mater. Hic Creatoꝛ. Creatio. Creatrix. Creatura. Cõpoſita. Pꝛocreo qͦ pꝛo ſimplici ponitur. Recreo pꝛo Inſtauro: ⁊ q̃ſi nouã carnẽ facio. Ply. Sic eniꝫ defecta longis ęgritudinibus coꝛpoꝛa recreantur.

Crepida. dę. pe. coꝛ. ⁊ Crepis crepidis teſte Seruio. Thuſcum calciamentũ qͦ coꝛrigijs ligabatur. Suidas. τριπῖς θεμέλιον ἢ εἶδος ὑποδήματος ἢ τοὺς πόδας κρατοῦσα ὑπόβαθρα. miroꝛ ꝙ q̃dã poeta antiquus pꝛimã coꝛripuerit ſꝫ fuit quia η ĩ ε mutauit ſcõm dialecticos linguarũ Perſ. vͦo oñdit fuiſſe gręcũ cum ait. Nõ hic qui in crepidis graioꝝ ludere geſtis. Huius diminutiuũ eſt crepidula. Gel. lib. xiij. Crepidas ⁊ crepidulas id genus calciamenti appellarunt quod gręci κρηπῖδας vocant. Et paulũ ſupꝛa. Oĩa inquit ferme id genus quibus plantarum calces tñ in fine teguntur: cętera pꝛope nuda ⁊ teretibus habenis iuncta ſũt ſoleas dixerunt: nonnunq̃ꝫ voce gręca crepidulas. Hoꝛa. in Ser. Chꝛyſippus dicat ſapiens crepidas ſibi nunq̃ꝫ aut ſoleas fecit. Quidam hoc nomen a crepitu hoc eſt a ſono quem ambulando reddunt dicunt appellatum.

Crepidarius. ij. qui crepidas ꝯficit. Crepidarius. a. um. qͦ ad crepidas ꝑtinet. Gel. Sempꝛonius aſellio. li. rerũ geſtaꝝ. xiiij Crepidariũ inquit cultellum rogauit a crepidario ſutoꝛe.

Crepido pe. p. ſignificat oꝛam terrę quã aqua alluit: ex hoc appellata ꝙ ibi aqua alluẽs crepitat cum currit: aut vndas appellit. Col. lib. ix. Pꝛęiaciunt̃ in girũ moles. Sic enim maris attrocitas obiectu crepidinis frangit̃: ⁊ in tranquillo cõſiſtens piſcis ſedibus ſuis non exturbat̃. Per tranſlationeꝫ vͦo ⁊ putei extremã oꝛam quę ad ipſuꝫ puteũ reſpicit: q̃ vulgo dꝛ os putei. Et editioꝛibus cuiuſqꝫ loci extremitatẽ ſolemus crepidinẽ appellare: vt apud Hiero. In crepidine vię.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sene.Quis crederet iacentem ſup crepidinē Mariū aut fuiſſe:aut futurū conſulem. Vñ etiā pꝛo abrupti ſaxi altitudine ponit. Virg.lib.x. Foꝛte ratis cęlſi coniuncta crepidine ſaxi:expoſitis ſtabat ſcalis ⁊ ponte parato.

Crepo as.pui.itum.Vñ crepitus.Crepare ſonare Plau.in mene.Dic mihi nunq̄ tibi inteſtina crepant. Cui ille rñdet:vbi ſatur ſum nulla crepitāt:qñ eſurio crepant.i.murmurant ⁊ ſonant:id qđ inteſtinis inanibus accidere ſolet. Per trāſlationē ponit̄ ꝑ dolere queri accuſare. Hoꝛ.li.j.car.Quis poſt vina grauē militiā aut pauperiem crepat. Itē ꝑ Ferire. Ci.lib.iij.offi. Itaq̄ ſi vir bonus habeat hanc vim:vt ſi digitis ꝯcrepuerit:poſſit in locupletū teſtamēta nomē eius irripere Itē pꝛo Frāgi. Virg. Et acuto murice remi obnixi crepuere. Itē pꝛo Incitare Turpil.Age tu hymeneū increpa. Hinc componuntur.Concrepo perſono. Hiero.in Ioſue. Buccinus oīa ꝯcrepabant. Increpo percrepo valde crepo. Cic.in ver. Locum iſtum lictoꝛis percrepare totum mulierum vocibus cantuq̄ ſymphonye. Et habent pe.pꝛo.

Crepito.as.pe.coꝛ.de Cymbalis ⁊ huiuſmodi dicit̄:q̄uis ⁊ de alijs rebus dici poſſit:pꝛo crepitum facere. Aug.lib.xxj.ciui.dei. Eundemq̄ faceret a qua velut in igne crepitare.

Crepitus.ſonitus ⁊ cōcuſſio q̄ ex īpulſu reſultat:vt pendentis: quos ſtoici liberos eſſe aiunt. Plau.in cur. Vbi quid ſurripuere operto capl'o calidum bibunt triſtes atq̄ ebꝛioli incedunt:eos ego ſi offendero ex vnoquoq̄ eoꝛum aijciam crepitum potentariū. Et crepitus plagaꝝ dixit. Cic.in verinis.

Crepitaculum . Siſtrum inſtrumentum: quod manibus percuſſum reddit ſonum.

Crepitulū.oꝛnamētū capitis.qđ in capitis motu crepitū facit.

Creperus. a.um.penultima coꝛrepta.idem quod dubius.Vnde creperum bellum anceps ⁊ dubium.Et ſenes decrepiti in dubio vitę conſtituti.

Crepuſculū lux dubia quę fit añ ſolis oꝛtū: ⁊ añ occaſum.a crepero:q2 tūc multis dubiū eſt ſit an iam nox. Ply.Oꝛiēte ſole aut occidēte matutini veſpertiniue cognominari ꝑut alterutris eoꝛū mane vel crepuſculo ꝯtingit. Col.lib.vij. Iuxta ꝯſeptum ſaxis ⁊ canalibus ſal ſuperiectus ad quē ſature pabulo libēter recurrūt cū paſtoꝛali ſigno q̄ſi receptui canitur. Nā id quoq̄ ſemꝑ crepuſculo fieri debet:vt ad ſonū buccinę pecus ſi qđ in ſyluis ſubſtiterit ſepta repetere ꝯſueſcant. Luc. Longa repercuſſo niture crepuſcula phębo. Hinc crepuſci apud Sabinos noīati qui eo tēpoꝛe erant nati. Et Sidonius hoꝛā veſpertinā crepuſculas centum dixit.

Crepundia dñr pꝛima munuſcula q̄ dant̄ pueris:vt ſūt faſciolę linteoli:veſtes bullę coꝛalia enſiculi crepitacula ⁊ puerilia oꝛnamēta hmōi quibus pueri nutricant̄ a crepādo.i.tiniendo dicta quoniā infantes hmōi crepitaculis maxīe gaudēt. Plau.Sūt crepundia. Ecce video qua facie ſūt? Enſiculus aureolus pꝛimū litteratus poſt altrīſecus ſecuricula anceps itē aurea litterata poſt hęc ſicula argenteola ⁊ duę cōnexę manicule ⁊ ſucula ⁊ bulla aurea eſt quā pater dedit mihi natali die. Ply.lib.xj.Semeſtris locutus eſt. Crēſi filius in crepundijs quo pꝛodigio totum id concidit regnum.

Creſco.Creſcis.Creui.ſicut Cerno.Creſcere augeri eſt. Iuue. Creſcit amoꝛ nūmi quantū ipſa pecunia creſcit. Hinc Crementū pꝛo augumēto. Huius cōpoſita ſunt Accreſco:adaugeoꝛ.Concreſco ſil'creſco ⁊ ꝯiungoꝛ.Vñ Cōcretū ꝯglutinatum.Virg.Multa diu ꝯcreta modis inoleſcere miris. Idē Cōcreſcunt ſubitę currēti in flumine cruſtę.i.ꝯgelaſcūt.Decreſco.Diminuoꝛ. Hier.li.ij.R. Domus Dauid pꝛoficiens: ⁊ ſꝑ ſeipſo robuſtioꝛ:domus aūt Saul decreſcens quottidie. Excreſco increſco valde creſco. Idē li.j.R. Increuerūt ſerui qui fugiunt dños ſuos. Ply.lib.ix.Circa toꝛonē: veſci illis auulſas etiā aiunt ⁊ ex relictis radicibus recreſcere. Succreſco.inferius vel paulatim creſco. Supercreſco.

Creta.ę.⁊ Crete.es. Inſula in medio pōto centum vꝛbiū fama clara quę vt ſcribit Stra.a ſeptentrione ęgęo alluit̄ ſimul ⁊ cretico pelago:ab hauſtro aphꝛo. Ad occidentē egilam ⁊ cythera ſpectat. Ad oꝛientē carpathon. Hȝ in lōgitudine.cclxx mil.paſſuū in latitudine q̄nquaginta milia. Circuitus eius.dlxxxiiij.milia paſſuū cōplectit̄. Inſignes ī ea vꝛbes ſūt Coꝛtina cydonea.Gnoſum Minois regia ⁊ Strabonis choꝛographi pr̄ia. Nullū in creta aīal noxiū ē optimi vini feraciſſima.De q̄ Virg. Creta iouis magni medio iacet inſula ponto mons idęus vbi ⁊ gētis cunabula nr̄ę centū vꝛbes habitant magnas vberrima regna. Dicta eſt Cureta ab habitantibus curetibus.⁊ per ſyncopā creta. Alij dicunt cretā dictā a crete quodā Iouis filio curetū rege. Alij a Crete nympha Heſperidis filia. Arrianus. Non cretā ſed cres cretis gtūm faciens noīatam dicit ab eo q̄ Iouē abſcōdit in monte Lycęo. Vñ creſſa tm̄ fę.gñe.i.cretenſis. Sil'r Creſſęus ⁊ creſſius. Sūt aūt hęc noīa q̄ ex maſculino fęmininū ad ſimilē foꝛmam mittunt.ſ. Cres craſſa. Libyx libyſſa:phęnix phęniſſa. Magnes magneſſa. Thꝛaix thꝛaiſſa. Tibul. Etiā phębo gratiſſima dona cres tulit. Auſo. Pꝛępetibus pennis ſuꝑ aera vectus hō cres. A crete vo fiūt Creticus ⁊ cretēſis. Creta ēt dꝛ terra tenax a creta īſula in q̄ melioꝛ eſt: vel a creſcēdo:qm̄ ꝓpꝛietas ei⁹ eſt: vt ī macerādo creſcat:qđ in p̄mis cretę vmbꝛicę accidit quā vocant ſaxū quę nō niſi polliēdis veſtibus adhibebāt̄ dūtaxat cādidis. Erāt ⁊ Cimolię cretę duo gñā candidū vnū ⁊ alteꝝ ad purpuriſſum inclinās vtrunq̄ veſtibus aptū:hac medici aduerſus moꝛbos vtunt̄. Laudatur ⁊ creta theſſalica. Itē quę argentaria appellat̄ nitoꝛē argenteum reddēs. Viliſſima creta qua pedes vęnaliū tranſmare ad vectoꝛeȝ notare mos erat. Vnde cretatus. Iuue. Nuper in hanc vꝛbem pedibus qui venerat albis.

Creticus.a.um.qđ ex creta inſula eſt: ſicut ⁊ cretenſis. vñ dicimus creticū pelagus:ſiue cretēſe. Criticus ēt iudicās ſiue arguēs dꝛ κρινω γαλεγεται delibero iudico. Iuu. Cretice belluces. Et medici dies criticos vocāt iudiciarios ī q̄b⁹.ſ. de ęgritudinis rōne ferri iudiciū pōt a nr̄is decretoꝛius dꝛ.

Creticus ſubſtantiuum : genus pedis eſt qui conſtat pꝛima et tertia longis. Alio nomine Amphimachꝛus.

Cręteus.a.um.quod ex creta terra eſt. Oui. Strataq̄ cretęam bellua ſtrauit humum.

Cretatus.a.um.qđ eſt creta īſperſum. Ply. Tūq̄ nō cum laureatis faſcibus remitti illo vñ cretatis pedibus aduenīſſent.

Cretoſus.a.um.quod eſt creta plęnum.

Crene gręce.fons latine. vnde hippocrene:equi fons dicitur.

Crenę ſūt inciſurę a q̄bus Crenata hęrbaꝝ folia vocant̄. Hoc eſt ferrata:ſectaq̄ per ambitū. Hodie quoq̄ multis locis ſigna quibus agreſtes numerum aliqueȝ in ferulis deſcriptū habent. Crene appellantur . In ſagitta quoq̄ partis extreme ſectio in quā neruus inſeritur arcum tēdere volentibus Crena dꝛ. Sed ⁊ in ipſo arcu ſumma coꝛnua crenas ſuas habent in quibus collocatur: ſedetq̄ neruus.

Creontes nomeñ coꝛinthioꝝ regis qui Creuſam filiā Iaſoni deſpōſauit. De quo Sene.ī Medea. Alter fuit theban⁹ Iocaſtę ędipi regis thebanoꝝ vxoꝛis pr̄. Fuerūt ⁊ alij h̄ noīe.

Cribꝛū inſtr̄m ex pellib⁹ ſuillis vt plurimū crebꝛis ꝑtuſum foraminibus ad frumēta purgāda gręce dꝛ λικμος και λικμαω. Apul. Aſpernati latrones clamoꝛē abſonū meū cędentes hincinde miſerū coꝛiū nec cribꝛis iā idoneū relinquunt. Sūt ⁊ cribꝛa quę e ſetis ęquoꝝ farinę a furfurib⁹ ſeparādę grā facta ſūt. Farinaria ſetacea ⁊ ſubcernicula dñr. Sūt et cuſſoꝛia e lino ⁊ polinaria a poline:q̄ a nōnullis ab incernendo cernicula dicta ſunt q̄bus frumēta emūdamus. Cribꝛo.as.purgo. Cribꝛamus enī triticū ⁊ hmōi vt a puluere ⁊ reb⁹ īmūdis ſecernat̄. Cribꝛari⁹a.um.qđ ad cribꝛos ꝑtinet. Ply.lib.xviij. Itē cribꝛaria quę ſilī mō in tertio remanſit cribꝛo.

Crimiſſus. Sicilię fluuius. Gręce. κριμισος.

Crimen ꝓpꝛie dꝛ delictū. Sene. Vitā agens ſimplicē rectā ſine crimine. Aliqñ crimē appellat̄ id qđ ꝑ ꝯtentionē alicui obijcitur ⁊ obtrectatio. Vñ criminari dicimus. Cice. Hereditatē mihi negaſti ob veniſſe vtinā h̄ tuū veꝝ crimē eēt. Et ſic dꝛ a cerno. ſicut a diſcerno diſcrimē. Virgil. Diſice cōpoſitā pacē: ſere crimina belli.i.ꝯtētiōes ⁊ iurgia ex q̄b⁹ bellū oꝛiat̄. Aliqñ ponit̄ ꝑ falſa ſuſpitiōe. Idē. Foꝛmidine crimē acer-

bat. Aliqñ ꝑ cã: vt apud eũdẽ. Et crimine ab vno diſce oẽs.
Criminoſus.a.um. contentioſum contumelioſum ⁊ crimen in ferens. Aug. lib. x. con. Nec illa res me copioſum faciat: nec illa criminoſum. Colu. lib. j. Criminoſum tamen ſenatori fuit ſupra quinquaginta iugera poſſediſſe.
Criminale quod eſt criminis: vt criminalis cauſa.
Criminari eſt culpare accuſare. contumelioſe reprehẽdere. Et dicimus Criminor te furti illi vel apud illum. Teren. Hanc metui ne me criminaretur tibi.
Crines: capilli a diſcretione dicti: ꝙ ſint diſcreti hoc eſt ἀπὸ τοῦ κρίνειν.
Criniculi: vt docet Aug. ſuper pſ. ſunt qui fiunt intorquendo. Amb. li. de paradiſo. Nam ſi Eua hoc eſt ſenſus prime mulieris accenſas habuiſſet faces nunquã preuaricationis ſue criniculis nos implicaſſet.
Crinire. eſt crines emittere. Unde Crinitus.a.um. quod multos ſiue longos crines habet. Uirg. Crinitus iopas. Transfertur etiam ad arbores. Unde a Papino dictum eſt. Crinitur arbos pro eo quod eſt frondeſcit.
Criſis. latine dici poteſt iudicium. Unde Catacriſis diiudicatio Chryſos cum h ⁊ y ſignificat aurum: vt Chryſoſtomus q̃ſi os aureum. Cryſos ſine h obſconditum denotat.
Criticus. pe. cor. iudicans ſiue arguens ἀπὸ τοῦ κρίνω. de libero iudico. Uñ poetarum interpretes quos poſtea grãmaticos dixerũt critici. i. iudiciales dicebant̃ q̃ iudicabãt de poematibus q̃ſi iudicantes ⁊ arguẽtes. Uñ Ser. ſup. xj. eneí. dicit. Critici culpant hoc loco. Et critici dies vocant̃ a medicis iudiciarij: in q̃bus de egritudinis rõne ferri iudiciũ põt: quos nr̃i decretorios vocari poſſunt.
Criſſare. pedicare. ⁊ ceuere. non niſi magno cum pudore expo ni poſſunt. Eſt enim primũ mulierum apte ſe motantiũ dũ in re venerea ſunt. Iuue. Frictũ criſſantis adorat. Alterum: maſculorum dum pedicantur. Mar. Sed pedicantur ſed pulchre neuole ceues. Ceuere etiam adulantiũ geſtus ſignificat. Perſius. An romule ceues.
Criſa nomẽ oppidi: qd̓ Criſus phoci filius condidit. Hinc criſeus ſinus. Sunt ⁊ alie vrbes hoc nomine appellate.
Crito nomẽ p̃pl̓i athenieñſis q̃ ita Socratẽ amauit: vt nũq̃ aliq̃d ex his q̃ ſũt ad vitã neceſſaria ſibi deeſſe paſſus fuerit.
Critobolus. fuit medicus. de quo Ply. lib. vij. inq̃t Magna et critobolo fama eſt extracta philippi regis oculo ſagitta ⁊ deformitatem oris curata orbitate luminis.
Critias. ph̓s fuit qui dixit animã eſſe ſanguinẽ. Sicut ⁊ multi alij. Unde Uirg. Purpuream aĩam nominauit. Orig. lib. ij. peri. archon. Sanguinem oĩum aĩalium aĩam ipſorum eſſe euidentiſſime demonſtrat. ex illo quod ſcribitur. Non manducabitis ſanguinem: quia aĩa totius carnis ſanguis eſt.
Crotum: venatorem fuiſſe dicunt precibuſq̃ muſarũ in aſtra relatum. Et pro ſagittario ponitur.
Crocus puer ⁊ flos q̃ ſofranũ d̓r. Crocũ herba. Hinc croceus a.um. ꝑ colore qui vulgo d̓r Gialdus: vt veſtis crocea. Idẽ color ẽt Flãmeus d̓r. Ply. Lutei video honorem antiquiſſimũ in nuptialibus flameis totum feminis conceſſum.
Croceatus.a.um. quod eſt crocei coloris. Unde dicimus pannum croceatum.
Crocotule veſtes crocei coloris. Plau. Pathagiatam caltulam aut crocotulam: he veſtes etiam crocote appellantur.
Crocinus.a.um. idem quod croceus quod eſt lutei coloris.
Crocinum pe. cor. vnguentum quod Crocomegma d̓r. Fiebat ex croco trito ⁊ vino precipue dulci. Hoc romani non ſolũ corpora ſed ⁊ pulpita ſpargebant. Proper. Pulpita ſolemnes non oluere crocos.
Crocatarius: huiuſmodi veſtium infector. Plau. Qui incedũt infectores crocatarij.
Crocodilus pe. ꝑ. aĩal q̃drupes q̃ſi croceus q: crocei coloris ẽ: vel ꝙ crocũ fugiat: ꝙ mella ꝯficientes in egypto ſternũt ne mel abſumant crocodili: q̃ñ mirum ĩ modũ eo delectantur. Hic pre oĩbus ex minimo fit maximus. Ex ouo enĩ ad duo ⁊ viginti cubitos excreſcit. Quattuor menſes hyemales nõ cõmedit: ⁊ ſola beſtiarum non habet linguam. De hoc Hor. Stercore fucatus crocodili iamq̃ ſubando. Fuit ⁊ crocodilon oppidum Arſinoe poſtea dictum ſimiliter ⁊ flumen.
Crocodilon. ex eo dictũ autumant ꝙ κρόκον δειλεῖ. ideſt ꝙ crocũ fugit ac eius odorẽ reformidat. Ex gñe amphibio ẽ Uiuit enim in terra ⁊ in aqua huius ſtercus medicamentũ eſt faciei Crocodilean vocãt vt Ply. ⁊ Galenus teſtantur.
Crocotillum: veteres valde exile dicebant. Plau. extortis cum crocotillis cruſculis.
Crocinum pe. cor. genus vnguenti de quo Ply. lib. xiij. Prop. ⁊ crocino nares murrheus vngat onyx.
Crocare. ⁊ crocire: verba facticia a voce corui. a q̃bus. Crocatio ⁊ crocitus. us. pe. pro. ⁊ crocito. as. frequentatiuũ. Plau. Simul radebat pedibus terram ⁊ voce crocibat ſua.
Crotalũ. pe. cor. grece κρόταλον crepitaculũ inſtrũm muſicũ quo egyptij in deorum cerimonijs vtebant̃: pulſantur aut laminis q̃buſdã Crotala ex ere rotũdis ſonũ ex colliſione reddẽtibus a pulſione dicta κρότον latine plauſũ. ⁊ κρούειν pulſare atq̃ percutere. Sũt q̃ dicũt crotalũ eẽ anulũ ereum qui fereo baculo percutiebatur ad ſonũ fiſtule reddendum. Uirg. de coppa. Criſpum ſub crotalo docta mouere latus.
Crux furca ſiue patibulũ in quo dãnati figunt̃. Hanc veteres Gabalũ vocauere. Uar. Nos barbari ꝙ ĩnocentes in gabalum ſuffugimus hoĩes: vos non barbari ꝙ noxios abſoluitis. Hinc Crucio. as. a quo Cruciatus ⁊ crucifigo. is.
Crucium. vinum Inſuaue: ꝙ bibendo cruciet.
Crudus.a.um. recens atq̃ acerbũ. vt crudũ vulnus. i. recens ⁊ q̃ſi adhuc cruentũ. a quo Recrudeſcere dicimus q̃ſi renouari ⁊ ad priſtinã acerbitatẽ redire. ⁊ crudũ dicimus in paſſiua ſignificatiõe: qd̓ nõ eſt coctũ a ſiĺitudine crude carnis q̃ adhuc cruẽta eſt. Siĺr cruda poma dñr q̃ acerba atq̃ ĩmatura ſũt. Ci. poma q̃ cruda ſũt vi auellunt̃: q̃ autẽ cocta ⁊ matura decidũt. Itẽ crudi cibi q̃ ĩdigeſti ⁊ nondũ cõcocti ſunt in ſtomacho. Iuue. ⁊ crudũ pauonẽ in balnea portas. in actiua võ ſignificatiõe vt crudus hõ cuius ſtomachus nõ facile concoquit. Quintil. Crudo oratori declamandũ nõ putat. Ci. Qd̓ in cenam nõ veniret ꝙ eſſet crudior: ⁊ crudus d̓r qui eſt truci aſpectu. Hinc cruditas. Col. lib. vij. Cruditatis ſigna ſunt crebri ructus ac ventris ſonitus: faſtidia cibi.
Crudeſcere eſt crudum fieri a Crudeo. es. inde incrudeſco et Recrudeſcere.
Cruor ſanguis qui ex aliquo vulnere ſpargitur.
Cruento. as. cruor inficio. Herony. Pauimenta patris ſanguine cruentata.
Cruentus.a.um. qd̓ cũ cruore eſt: vt Cruenta victoria Sal. caute ne aĩam amittatis: ſeu capti potius ſicut pecora trucidemini q̃ virorũ more pugnãtes cruẽtã atq̃ luctuoſam victoriã hoſtibus relinquatis. Huius ꝯ̃rium eſt ĩcruentus.a.um. qd̓ eſt ſine ſanguine. Idem Neq̃ tñ exercitus p̃pl̓i ro. letam aut incruentam victoriam retulit. Aliquãdo cruentus ponitur pro crudeli vt cruenta vox: ⁊ cruenta oratio.
Crudelis a cruore. qui eſt ĩmitis aſper.
Crudaria argenti vena que in ſumma reperta eſt.
Crumena penultima producta. loculus. ἀκρεμάω ſuſpendo ꝙ plerunq̃ ſuſpenſa geſtetur. Quidam cũ. h. ſcribunt ἀπὸ τοῦ χρήματος que eſt pecunia. Iuuenalis. Quis enim te deficiente crumena. ideſt pecunia continens pro contento. Crumenula diminutiuum eſt.
Crus. tibia ꝙ illo curamus. Sunt aũt crura a genibus vſq̃ ad inferiorẽ pedẽ non equali mõ ducta ſ; teretibus ſuris extãtibus ſenſimq̃ tenuatis firmata. Tibia eſt os. ſura caro poſterior. Crus ex ſura ⁊ tibia conſtat. Cuius diminutiuũ eſt cruſculũ Mar. Pectus cicade cruſculũq̃ formice.
Cruſtuminũ oppidũ iuxta Uehios a quo cruſtumini dicti: ⁊ cruſtumina trib⁹: ⁊ cruſtumina Pyra q̃ ⁊ cruſtumina dñr.
Cruſtumina: pyra ſũt ex parte rubentia putantur Glatiola nũc dicta a cruſtumino oppido ſic appellata. Uirg. lib. ij. Georg. cruſtumijs ſirijſq̃ pyris grauibuſq̃ volemis.
Cruſta eſt pars exterior eorum que non comedunt̃ vt vitri mar-

moꝛis ligni gelu ꝛ hmōi. Vñ incruſtare marmoꝛe dicimus parietes q̄ externe tabulis marmoꝛeis veſtiunt̄. Vir. li. ge. ꝯcreſcunt ſubitę currenti in flumine cruſtę. Ply. cruſtas parietū exciſas tabulis marginatis incluſas eſſe. Huius diminutiuū eſt cruſtula. Juue. Nos colaphū incutimus lambēti cruſtula ſeruo. Cruſta ēt d̾r quā vulnus ſeu vlcus ducit qn̄ ſolidat̄: qua detracta fere remanet cicatrix.

Cruſtū eſt eoꝝ q̄ comedunt̄: vt ſit pars panis vel placēte vl̾ alterius edulij. Virg. Patulis nec parcere q̄dris fatalis cruſti Vñ per diminutionē Cruſtulū Hoꝛ. vt cruſtula blandi doctoꝛes elementa velint vt diſcere pꝛima. Qd̄ genus dulciarij eē putat Poꝛphirio. Inuenitur tñ Cruſta ꝛ cruſtula dici de his quę comedūtur. Hiero. in Exo. Tolle panes azymos et cruſtulam abſq̄ fermento. Var. de lin. la. Cruſtulū a cruſta pultis: coq̄ vt coꝛium exuritur cruſta dicta.

Cruſtare. a quo Incruſtare: ſignificat cruſtam ducere ſeu applicare. vñ Cruſtati parietes. i. cruſta marmoꝛis intecti. Secabātur enī marmoꝛa in laminas ꝛ parieti apponebāt̄. Primus apud romanos. Mamura ęques domus ſuę parietes legit̄ e foꝛmijs in Celio monte operuiſſe. hinc vaſa q̄ vitreis cruſtis tecta ſunt: cruſtata dicuntur.

Cruſtarius q̄ incruſtat. Ply. habuit ꝛ teucer cruſtarius famā.

Cruſtarius. a. um. qd̄ ad cruſtas pertinet. Unde cruſtarię taberne: quibus cruſtata opera venduntur.

Crypta ſubterranea cauerna: vel teſtudo ab κρυπτό verbo gręco quod eſt occulto. Juuena. Et ſolitus medię cryptam penetrare ſuburrę.

Crypto poꝛticus nomē cōpoſitū ex gręco latinoq̄ ꝛ ſignificat ſubterraneas poꝛticus cū amplis feneſtris q̄bus refrigerandi grā per ęſtatē vtimur. Pōt ēt dici poꝛticus vndiq̄ ſepta ꝛ q̄ſi ſapimento parietū abſcōdita tanq̄ ſubterranea. Ply. in epl̄is. Subeſt crypto poꝛticus ſubterraneę ſilis ęſtate incluſo frigoꝛe riget: ꝯtentaq̄ aere ſuo nec deſiderat auras nec admittit. Hinc crypticus. a. um. qd̄ ſignificat occultum ꝛ ſubterraneum Sidonius. Potens antiquitus crypticis arcubus foꝛnicauit. Jul. Firmicus crypticos homines appellat ſecreta fideli taciturnitate cuſtodientes.

Cryſtallus: fęmi. gñis. ꝛ cryſtallum d̾r ex κρυος quod eſt gelu ςελλω contraho. ita vt gelu concretum cryſtallum dicat̄. Nam vt ſcribit Ply. ex gelu vehementioꝛe concreto naſcitur. Non alibi certe reperitur q̄ vbi hibernę niues rigent: glaciemq̄ eſſe certuꝫ eſt. Hinc criſtallinus. a. um. penul. coꝛ. Mar. Frangere dum metuis cryſtallina frangere peccas. Juue. grandia tolluntur cryſtallina maxima rurſus murrina: deinde adamas notiſſimus ꝛ beronices.

Chteſiphon pe. coꝛ. nomen architecti q̄ tēplū Dianę ephęſię traditur extruxiſſe: opus mirabile ꝛ toto oꝛbe celebꝛatū. qd̄ poſtea ab Eroſtrato incenſuꝫ fuit hac tñ de cā: vt ob aliqd̄ facinus noīaret̄. rurſusq̄ oꝛnamētis muliebꝛibus collatis ędificatū. vide ī dictiōe Epheſus. Itē chteſiphon locus parthorū. Stra. lib. xvj. Sic hꝫ: ꝑpe ſeleuciā vicus maximus ē noīe chteſiphon: in quo parthoꝛū reges hyemabāt. Hic vicus ciuitatis potentiā ac magnitudinē hꝫ adeo vt parthoꝛum multitudinem ꝛ apparatū omnem recipiat ac venalia ac neceſſaria artificia illis ſuppeditet. Quin ꝛ chteſiphontem babylonici regni caput fuiſſe Ply. lib. vj. ſcribit.

C ante V

Cubo. as. bui. itum. cuius cubatio nō cubitio: ſicut ꝛ eius cōpoſita quę tā pꝛimę q̄ tertię ꝯiugationis īueniunt̄: vt Accubo as. ꝛ accūbo is. Decubo as. ꝛ Decūbo is. Incubo. as. ꝛ Incūbo. is. Recubo. as. ꝛ Recūbo. is. Occubo. as. ꝛ Occumbo is. Virg. Nec adhuc crudelib⁹ occubat vmbꝛis. i. iacet moꝛtu⁹. Idē. Seu verſare dolos: ſeu certę occūbere moꝛti. Secubo as. ꝛ ſecūbo is. qd̄ eſt ſeoꝛſum ꝛ ſeperatus cubo. Pꝛop. Miles depoſitis annoſus ſecubat armis. Liu. li. xxxix. Per iocū adoleſcens vetat eā mirari ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet religiōis ſe cā: vt voto pꝛo valitudine ſua facto liberet̄. Habet tamē cumbo aliq̄ cōpoſita quę nō hꝫ cubo: vt Diſcumbo: qd̄ eſt cibi capiendi gratia iaceo: non diſcubo. Procumbo non pꝛocubo. Sil̾r cubo hꝫ aliqua cōpoſita q̄ nō hꝫ c[umbo] vt excubo nō excūbo. Supercubo nō ſupercūbo. Eſt [cu]bare iacere: ꝛ ꝑpꝛie egrotoꝝ eſt. Hoꝛa. Cubat hic in vall[e Qui]rini. i. ęgrotat: ſicut interpꝛętes exponunt. Idē Trāſtyber[im] longe cubaris ꝑpe Cęſaris hoꝛtos. Ci. lib. ij. tuſ. Itaq̄ [nar]rabat eū grauiter ꝛ copioſe de ipſo nihil eē bonū niſi q[d ho]neſtū eſſet cubantē diſputaſſe. Col. lib. vij. cubitoꝛē bo[uem ap]pellat qui ſępe decūbit ex paruicaci ꝯtumacia. Qd̄ q̄dē v[itium] famę ꝛ ſiti tollendū eſſe cēſet: non igni alijſue toꝛmentis.

Cubito. as. frequentatiuū. Ci. ꝑ Cęlio. Et ꝑ nocturnos q[uos]dā manes metu tecū ſꝑ puſio cū maioꝛe ſoroꝛe cubitau[it].

Cubatus tus ipſa cubandi actio. Plyni. Si in cubatu ton[uerit] omnia pereunt.

Cubile penultima pꝛoducta lectus. q̄ in eo cubetur. Et cub[ilia] loca in quibus ferę cubant.

Cubiculū. locus in quo cubile ſternit̄ vt ibi ſuꝑ cubet̄. Se[n.] ad Lucil. Quid ꝑſunt multa cubicula: in vno iacetis.

Cubicularius. qui in cubiculo miniſtrat. Cice. hunc veſtri [da]toꝛes hunc cubicularij diligunt.

Cubiculare. qd̄ ad cubiculū ꝑtinet: vt veſtis cubicularis: q̄ i[n cu]biculis vtimur. ꝛ cubicularis lectus apud Ci. li. v. tuſ. le[gitur].

Cubitus ꝛ cubitū: vtroq̄ mō d̾r curuatura bꝛachij vbi lac[ertus] iungit̄. Et accipit̄ Ply. li. vij. Inuenim⁹ in monumētis [Sala]mine cautimenos filiū ī tria cubita triēnio accreuiſſe ꝑ m[en]ſura cubiti. Hier. li. iij. R̷. Dom⁹ quā ędificauit rex Salom[on] dn̄o hēbat ſexagīta cubitos in lōgitudine. Aug. Qui iden[tidem] vident̄ cōputare niſi trecēta cubita lōgitudinis. Cōſtat a[utem cu]bitū ex ſex palmis digitiſq̄. xxiiij. vt auctoꝛ eſt Vitru. li[b.] Seſq̄pes: h̓ eſt pes vn⁹ cū dimidio facit cubitū. Pes ē ſex[ta] ꝑs altitudinis ī coꝛꝑe nr̄o: cubitus q̄rta: Eſt ꝑterea cubi[tus] regius q̄ maioꝛ ē cōi cubito trib⁹ digitis: ſicut refert Hero[d.] lib. j. Eſt ꝛ cubitus geometricus q̄ tñ vꝫ quātū ſex nr̄a cub[ita] vt Oꝛige. ꝛ Auguſt. tradiderūt. Cubit⁹ in coꝛꝑe humano e[ſt] in quo decēs flexura bꝛachioꝝ: ſic dict⁹ q̄ ſupꝛa eū cubare ſo[leamus]. A cubitus ꝑ mēſura fit adiectiuū cubitale. Inuen[itur] etiā ſubſtantiuū Cubitale pꝛo oꝛnamēto cubiti. Hoꝛ. ī Ser. Ponas inſignia moꝛbi. Faſciolas cubitale focalia.

Cubus. Vide in dictione Teſſara.

Cucubo as. penultima coꝛrepta. pꝛopꝛiū ē vocis noctuę. Ouid. Noctua lucifuga cucubat in tenebꝛis.

Cucurio is. penultima pꝛoducta. galloꝛuꝫ pꝛopꝛium eſt. Idem Cucurire ſolet gallus gallina gracillat.

Cuculus pe. coꝛ. ꝛ Cucullus ꝑ duplex. ll. auis nota. Mar. Quanis ꝑ plures cuculus cātauerit annos. Hoꝛ. ī Ser. Cui ſępe viatoꝛ ceſſiſſet magna cōpellās voce cuculū. Cucullus eti[am] gn̄s veſtis ē. Juue. Sumē nocturnos meretrix anguſta cucullos. Vñ ꝯſtat fr̄es nr̄os heremitanos male vti h̓ vocabulo cuculla fę. gn̄e. Sūt q̄ accipiant cucullū pꝛo nautico aut ruſtico tēgmine ad arcendas pluuias. Col. Cultā veſtitāq̄ familiā magis vtil̾r q̄ delicate hēat munitā diligēter a vento pluuiaq̄ q̄ cuncta ꝑhibent̄ pellibus manicatis: centonibus ꝯfectis: vel ſagis cucullis. Juue. Cōtentuſq̄ illic veneto duroq̄ cucullo. Suidas. κοκκυξ εἶδος ορνεου ὅταρ ηαιρ κοῦκκος. Itaq̄ cum cuccus gręcum ſit nomē cucculus eſt dactylus duplo. cc. in pꝛima.

Cuculio vt Jul. Capitolinus docet eſt gn̄s pilei viatoꝛiuꝫ quo capite ob tecto vagari nocte ſolēt. Apd̄ catonē de re ruſ. vi[detur] accipi ꝑ cucullo cū īquit: q̄ opa ꝑ himbꝛē fieri potuerint nouos fieri cētones cuculionesſue familiā opoꝛtuiſſe ſarcire.

Cucumę. pe. coꝛ. vaſa ęnea ſunt ad calefaciendum aquā Amb. Dij tui aut ęrei ſunt ex quibus cucumę melius fiunt ad vſus hominum. Petronius arbiter in ſaty. Frangitur ceruix cucumę ignemq̄ valeſcente reſtringuit.

Cucumer. ꝛ cucumis pe. coꝛ. a curuoꝛe d̾r. Virg. ī geoꝛ. Creſceret ī vētrē cucumis nec ſera comātē. Cucumeres q̄ſi curuimeres. Hi pepones ēt dici putāt̄ q̄ ī cibis īpēſius refrigerāt aluūq̄ molliūt. ſꝫ Hier. ī li. numeri diuerſos oñdits cucumē ꝛ pepones cū ait: ī mētē nobis veniūt cucumeres ꝛ pepones